



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Epistola ad Parochos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

et, nos quamprimum certiores facies; vt ante statum illum diem Synodi, opportunè consulere valeamus. Sedulo efficias, vt ad Vicariorum foraneorum conuentum, qui ante Synodum in ædibus Archiepiscopalibus de more habebitur, pridie eius diei benè mane accedas. Omnes autem Vicariatus tui Ecclesiasticos viros, qui ad Synodum conuenturi sunt, admonebis, vt eorum quicquæ iussiones ordinationesve nostras, vel visitatorum nostrorum, tum eas quæ ad ipsos pertinent, tum quò ad loca, & Ecclesias, & Capellas, altariaue quæ obtinent, quibusve addicti sunt, secum afferant; ac præterea quæ in Synodo nostra iij. certis capitibus, de parochis, Clero, Ecclesiasticis, populoque sigillatim nominatimque distincta ac præscripta, ad Synodum Diœcesanam accedentibus afferenda, referendave, atque agenda esse iussimus, accuratè omnia & singula præstent. Curabis etiam, vt quicumque in tuo Vicariatu beneficium aliquod Ecclesiasticum obtinent, illius collationis prouisionisve literas seu Bullas afferant, aut si alicui Parochiæ, vel etiam Capellæ sine titulo inferuerint, literas deputationis facultatisve, quibus illud officium præstant, nobis exhibendas deferant. Qui verò quacunque de causa ad Synodum non accedent, eas literas omnino ad nos perferendas tradant. Tu verò, præter cætera quæ pro munere tuo præstare debes ex eadem iij. Synodo, indicem potissimum, quem hoc tempore à sollicitudine tua maximè requirimus, in quo omnia cuiusvis generis beneficia tui Vicariatus diligenter ac sigillatim notata sunt, afferas: vacantia verò, à quibus legitime administrantur, ad præscriptam instructionem quam hic adiunximus, connotabis, & describes, vt tandem huius rei exactam cognitionem semel habeamus. In alium Indicem diem certum dedicationis vniuscuiusque Ecclesiæ tui Vicariatus, si ex certis monumentis haberi poterit, referes, quem ad nos ante statum illum diem mittes omnino. Mediolani ex ædibus nostris Archiepiscopalibus v. Calen. Martij. M. D. LXXXIIII.

Testes etiam Synodales in Ciuitate & Diœcesi constitutos his literis muneris suscepti excitauit, & monuit.

Epistola ad testes Synodales.

CAROLVS Cardinalis Archiepiscopus. Reu. dilecte. Iam dies Synodo constitutus aduentat; & quæ sunt tæporis per nos decernenda erunt, prius accurate sunt consideranda, prout huius nostræ Ciuitatis & Diœcesis necessitates in Domino postulant. Vt igitur omnino ad nos pro muneris à te suscepti ratione quamprimum te conferas (debes enim ex Diœcesano & Prouinciali decreto mense ante diem Synodalem) his nostris tibi significare volumus; vt quid super eo agendum erit, maturè postea deliberare possimus. Mediolani ex ædibus nostris Archiepiscopalibus pridie Calen. Martij. M. D. LXXXIIII.

Vt etiam Illustris. Archiepiscopus actiones & rem totam Synodalem pijs religiosorum, & populi totius precibus adiuuaret, orationem in vniuersis Monasterijs virorum & mulierom vrbs, & in Parochijs item, epistolis ad eos scriptis, indixit.

Huiusmodi literarum ad regulares exemplum habetur supra secunda parte Actorum in Synodo Diœcesana viij. pag. 81.

Epistola ad Parochos.

RE V. Parocho. Voi sapete, che alli 4. di Maggio con la gratia di Dio faremo l'XI. Sinodo nostra Diocesana. Già dopò tant'anni che siamo in questo corso continuo di tale azione, non douerebbe esser necessario, che noi vi ricordassimo, quel che voi sollecitamente da voi stesso douresti fare; nè meno che desiderassimo tutta la diligenza, che douete, & à voi, & al popolo vostro, & alla Chiesa istessa parochiale, che v'è stata data in cura. Con tutto ciò v'auisiamo, che trà questo mezzo vi raccogliate bene spesso fra voi medesimo, e con timorata e religiosa coscienza (che anco questa preparatione ricer

cano le attioni Sinodali) essamine a-
tentissimamente le parti, che toccano
à voi per quest'attione: per la quale fa-
rete anco oratione, conforme al decre-
to Prouinciale, e Diocesano. Dimani
poi nella vostra Messa denunciate al po-
polo la celebrità di questa xi. Sinodo
per il sudetto giorno; & mostrateli, per
quanto Dio benedetto vi suggerirà, l'v-
tilità & importanza di tal'attione: e
consequentemente essortarete tutti, che
per questo tempo continuamente più
del solito attendino all'oratione, e che
veramente contriti, e confessati, la Do-
menica seguente, che sarà alli 5. del pre-
sente, pigliino la Santissima Comunio-
ne; pregando, che Dio benedetto c'illu-
mini col suo santo Spirito, acciò che fac-
ciamo tal attione à gloria di S. D. Mae-
stà, à edificazione di questa nostra Chie-
sa, e salute dell'anime. Dio vi benedi-
chi. Dall'Arciuescouato alli 20. d'Apri-
le. M. D. LXXVIII. Subsc. M. Ant.
Bellinus Cancell. Archiepiscopalis.

Congregatio Prima.

Synodali die iam appropinquante, Il-
lustris. Archiepiscopus, pro rebus
& actionibus Synodalibus recte insti-
tuendis, statam Congregationem visi-
tatorum die iij. Aprilis habuit: cuius
Cōgregationis acta decreta in proprio
codice Congregationum relata sunt.
In qua præcipue, hæc quæ sequuntur,
pertractata sunt; & habita est de more
feria ij. post octauam Paschæ.

De ordine Processionis.

Hora.

Psalmi.

Antiphanz.

Orationes.

Quæ redigantur in tabellam.

Impressio Tabellæ.

Breuiarium in Processione.

Crux vna Cleri.

Pluuiale à Præpositis Ecclesiæ.

Tabella de modo & moderatione ad-
hibenda in Synodo, & processione, pu-
blicè affigenda in columnis loci Syno-
dalis.

Locus & forma conuentus Synodalis;
Mynistri Synodales.

Promotores duo, Urbanus, & Dioeces.
Iudices excusationum, quærelarum.

DEcani qui processionis ordinem,
& disciplinam tueantur.

Clerici item saltem duodecim, quæ
certis locis dispositi, clerum moneant,
quando standum, quando sedendum,
quando aliquid agendum, pro cæremo-
niarum ratione.

Certæ Ecclesiæ statutz, vbi singuli
Sacerdotes qui Synodo intersunt, Mis-
sam singulis diebus celebrent.

Oratio diebus Synodalibus in singu-
lis Monasterijs etiam Regularium, tam
virovum, quam mulierum.

Commemoratio seu collecta de Spi-
ritu sancto in Missa pro Synodo, etiam
à Regularibus singulis 5. ferijs.

Oratio pro rebus publicis in fine cu-
iusque sessionis.

Oratio vespertina in tres partes cer-
tas distributa, ex verbis conceptis, quæ
ab Archidiacono pronunciantur.

Regula recognitionis Cleri instar
scrutinij.

Tabella illius recognitionis i. scru-
tinij.

Cōstitutio Congregationū videlicet
Theologorum.
Canonistarum.

De modo cōficiendi, & examinandi
decreta.

De modo procedendi super reforma-
tione.

De Testium Synodaliū relationi-
bus examinandis.

De recipiendis, & admittendis Præ-
latis forensibus.

De numero sessionum, & de modo ce-
lebrandi sessiones, & ordine sedendi.

De modo publicandi decreta.

Delectus { Examinatorum.
Indicum, &
Testium Synodaliū.
Punctatorum, in collegiis
tis, & vrbe, Diocesi.
Confessariorum Cleri.
Magistrorū Cæremoniariū
Priorū doctrine Christianæ
Ratio